

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||  
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In  
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipue desumpta

In Qvo Agitvr Nominatim De Sacerdotibus, Confessarijs, Magistris siue  
Doctoribus, Concionatoribus, Episcopis & alijs Prælatis, eorumque  
Ministerijs - In septem Tractatus distributus ...

**Puente, Luis de la  
Coloniæ Agrippinæ, 1629**

§. II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45750](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45750)

O. Iacob. 2.7.

16.

p. Act. 1.24

q. 2. Cor. 3.6.

c. 4. 5. &amp; 6.

a. Act. uniu. 3

Vide Lorinū  
ibid.b. Act. uniu. 1  
23.Eccl. Hic-  
rar. c. 5.  
p. 3. tit. 6.  
Cor. 2. ibid.  
c. 1. Timoth.  
4. 14. &c. 1  
18.  
In cū locum  
& Glossa.  
d. roser.  
29. 18.

situm, o eſt Deus ſpirituſ omnia carniſ; & nouit, quid ſit in vnoquoque, & vt Apoſtoli in elec̄tione S. Matthiae dixerunt: p nouit omnium corda: ac proinde ſcit quis ſit aptus ad talia officia, aut qui ingenium & induſtriam habeat, vt cum ipſius Dei auxilio facultates ſibi comparet, quibus apte reddatur. Ipſe enim eſt, qui (vt ait Apoſtolas) q idoneoſ facit Miniftriū in Teſtamente, & ſolet maniſtare voluntatem ſuam & elec̄tionem, quam ab aeterno diſpoſuit in peccatore ſuo per aliquam ex quatuor ilib vñſtak poſitiſ in primo Tract. Tomi 2. in quibus omnes modi inſinuantur: gredendi per reaſum oſtium ad huiuſmodi dignitateſ.

## §. II.

**P**RAEMIſſIS que ibi ſunt dicta, explicemus nūc paulo amplius horum elec̄tionis modos, ex ijs que habentur in Actis Apoſtoli: vbi non legimus, quod qui eli gebantur leſe in geſſerint, aut quaſiuerint ha electionem: ſed ipſemēt Deus per ſe, aut per eos homines, ad quos ſtabat & eligeat aut Electoribus offerre ipſos eligendos: qui tempeſtū optimi inter ipſos; & premissa oratione, & conualatione, cum magna coniſideratione: vt videre licet in tribus inſignioribus Elec̄tionibus, que ibi referuntur. Quarum una fuit Antiochiae: vbi erant multi Prophetas: Doctores, qui cum die quodam ministrarent Domino, dixit illis (per Sanctus a: ſegregate mihi Saulum & Barnabam in opus ad quod iſumphioſ). Vbi Deus maniſtauit aeternam ſuam elec̄tionem per expreſſam revelationem: quam tamen reuelationem non oſtendit ipſis elec̄tis, ſed relata quis Prophetis ac Doctoriſbus, qui impoſturi erant manuſ ſuper illoſ, quod iuxta multos Doctores, fuit ad confeſcandoſ eos in Epifcopos.

ALTERA Elec̄tio fuit in Cenaculo in Ieruſalem, vt conſtitueretur Epifcopus & Apoſtoliſ loco Iudea. Et conſilio ac direc̄tione Petri qui caput erat Eccleſia, b. ſtuerunt duos, Iofeph qui vocabatur Barſabas, qui ob inſignem Sanctitatem cognominatus eſt iuſtus & Matthiam: (de quo facilē exiſtimare quām fuerit Sanctus, qui Baſabæ fuit praefatus) quos cum ſupremo Elec̄tori Deo propoſiſſent, ipſe voluntatem & aeternam ſeameleciōnem forte maniſtauit (aut vt S. Dionyſius ait) aliquo alio Diuino indicio, ſue fuerit radius aliquis lucis viſibilis, (vt exiſtimat S. Antonius) ſue columba aliqua, ſue alicuius Angeli vox (vt inſinuat Cartulianus) quia ſimile quid evenit in alijs Sanctis Epifcopis, vt reſtaurit Apoſtoliſ de Timorēo diſcipulo ſuo: cnoſi negligeat gratiam, que data eſt ibi cum iuſtificatione manuum Prebiteri per prophetam: hoc eſt (vt S. Thomas explicat) per reuelationem & inspirationem ſpirituſ Sancti: qui inspirabat & maniſtabat, qui eſſent tali ſtati digni. Vt nouę Eccleſiae plantat alium Paſtori feruore foueretur, & cresceret: quia eis deficiētibus, & ipſa eſſet defectuaria. Et in eum ſenſum ad fert Sanctus Thomas, quod pradixit Salomon

cum Prophetæ defecerit, dissipabitur populus: tum, videlicet quando Prælatorum electio non fiet inspiratione Dei sed hominum arbitratu. Quamuis autem nunc nonsint expetendæ miraculose reuelationes: expedite tamen ad imitationem S. Petri, ut antequam fiat electio; aut postquam nominati & propoli fuerint aliqui, qui digni iudicentur: recurratur per feruentes orationes ad Dominum D. N. & humiliter ei supplicetur, ut dignetur inspirare electionem suam; & lucem præbere, ut iuxta illam electio fiat. Ac propterea ipsemet Christus D. N. cum ex Discipulis suis voluit duodecim eligere in Apostolos, prius e pernecit in oratione Dei, hoc est in oratione altissima, & valde prolixa. Et S. Ambrosius videtur insinuare Christum Dominum hac vice non orasse solum, ut in more habebat, sed cum suis discipulis, ut nos doceret: ad grauia adeo negotia, & quæ multorum bonum concernunt, coniungi debere orationem multorum. Ac propterea Sacrum Concilium Tridentinum statuit, ut cura primum Ecclesia vacuerit, supplicationes ac preces publice priuatimque habeantur: atque à Capitulo per ciuitatem & Diocesim indicantur: quibus Clericis, populusque bonum à Deo Pastorem valeat impetrare. Quod si quis querat cur Christus D. N. postquam orationem elegerit Iudam inter duodecim Apostolos, quem sciebat non redditurum bonam rationem de tali munere? Respondent SS. Ambrosius & Cyrillus & alii Patres: Iudam cum fuit electus fuisse bonum, sicut Saul; & voluisse Christum insinuare: ad prudentem electionem fatis esse si is qui eligitur, tunc iudicetur dignus esse ac bonus: quamvis postea culpâ sua se reddat indignum.

Sed ne silentio prætereamus tria singularia, quæ insinuantur in electione S. Matthiae, relicto Barsaba, qui cognominabatur Iustus. Primum, ut intelligamus, quod licet Electores debeant iuxta Sancti Apostoli doctrinam attendere, ut qui eligendus est testimonium habeat bonum: non tamen semper tali testimonio est fidendum, ut propterea statim alijs præferatur. Facile enim euenire potest, ut alijs non tanti nominis eum excellat in sanctitate, prudentia ac doctrina, quasipse maiori cum humilitate occultat, ac propterea refert multum recurvere per orationem ad Deum, ut dignetur Diuino suo lumine efficere, ut ille agnoscatur: ipsius enim est manifestare bona talenta, quæ humiles student occultare; sicut Sanctitatem Matthiae manifestauit: cuius humilitatem significabat ipsum nomen quod interpretatur: *Deiparus*. quod idem est atque humili, quia scilicet paruum se reputabat in oculis Dei. Ac propterea Ecclesia in eius festo canit Euangeliū, in quo Christus Dominus Noster gratias Patri agit, quod Diuina mysteria g̃ parvulū reuelauerit.

VOL VIT etiam Christus D. N. prætermittere Barsabam (ut aduertit Nicolaus Litanus) eo quod esset ipsius cognatus secundū carnem, filius

G g g

Alhei

*e Luc. 6. 11*  
*Lib. 5. in lue-*  
*sam*  
*Seff 2. 4. c. 1.*  
*de Reform.*  
*In Epist.*  
*Roma c. 6.*  
*Lib. 4. in*  
*Iean c. 3. c.*  
*vide Lorin.*  
*in Actus*  
*4. 23.*

*f Timoth.*  
*3. 7.*  
*Glossa.*  
*Actuū. 1.*  
*Matth. 11.*  
*25.*  
*In c. 1.*  
*Actuum.*  
*Gr. c. 4.*  
*ad fin.*

Alphæi. Ethac ratione docere voluit Eleætores Ecclesiæ suæ: Ecclesiæ dignitates non esse tradendas alicui, titulo & prætextu carnis & sanguinis: ita vt, si alius ad sit tali cognato dignior, is debeat ei presenti esse: q[ui] crimen acceptionis personarum; indignum, aut minus dignum dignior preferre, titulo cognationis. Et æquæ est contra rectum ordinem, quod quis hoc solo titulo velit ad has dignitates eligi: nam apte ei respondebit Saluator, quod filiis Zebedæi: h[ab]et Nescit quid petatis; neq[ue] meum est hoc nomine vobis dare, quod petitis. Illud tamen etiam est verum: quod cognati, si digni sint, non debeant propterea excludi: cùm ipse Redemptor elegerit etiæ aliquos suos cognatos ad Apostolatū: quia ipse poterat eos dignos reddere; & talenta sufficientia dare ad illud munus. Eleætores autem, qui hanc sufficientiam non habenti, dare eam non possunt, & alias valde propendent ad sibi carne & sanguine coniunctos, merito huiusmodi electiones suspectas habere debent propter periculum: ne affectus peruerget rationis iudicium; ac persuadet: cognatum esse dignum, nisi amissi reuera talis non sit: & ita repletæ Ecclesiæ suis consanguineis in principiis Dignitatibus ac Præbendis. In quos Eleætores licet accommodate illas Dei minas, quas per suos protulit Prophetas, dicens: *i va qui edificat Sion in sanguinibus, & Ierusalem in iniquitate.* Illi enim ciuitate in Sion, hoc est Eccesiæ in sanguinibus edificare censemur, qui in ea collocant cognatos & sanguine sibi iunctos: nō attendentes neq[ue] curantes quod imponbi sint, ideoq[ue] dicuntur in iniquitate edificare: quia iniustitiae faciunt subtrahentes pauperibus eleemosynas, vt suos cognatos & consanguineos ditent; vt supra est dictum. Ad cuius rei confirmationem horum remferam exemplum Prælati cuiusdam, ad suos cognatos valde affecti, & propensi: in cuius morte quidam eorum, iter faciens, horriendum hanc habuit visionem, cum pro more antequam exiret ex hospitio orate velle, vidit in suo Cubili præparari lectum splendido operculo auro intexto cooperatum, in quo facebat Prælatus ille Pontificalibus induitus, & in circuitu lecti multi ipsius consanguinei, quos ipse ad beneficia, & Ecclesiasticas Dignitates promouerat. Qui omnes flebili voce ei maledicebant dicentes: maledicta promotio tua & exaltatio tua: tu enim es meæ perditionis causa. Ipse autem omnes circumspiciens magno furore dixit: maledicti vos sitis à Deo: quia vesti in causa damnatus ego sum ad ignem æternum: quibus dictis vito disparuit, quam voluit Deus defuncti Episcopi consanguineo ostendere; quia designatus erat, vt ei in ea Dignitate succederet: vt ex aliena infelicitate cautor ipse redderetur, cum intellegeret: inordinatum Prælatorum erga suos cognatos affectum, in causa esse, cur viri que damnentur. Cognati quidem, eo quod contentur obnire propter cognitionem, dignitatem, & locum, quo digni non sunt.

*h Matth.  
10. 22.*

*1 Michæs 3.  
10. Habac.  
2. 12.*

*Trad. 1.c. 9*

*in speculo  
magnæ Ex  
emp. V.  
Beneficium  
Ecclesiast.  
Exempl. 7*

iphi autem Praefati, eò quod eodem illo sanguinis titulo eis eundem contentant.

DENIQUE circa hanc S. Matthiae electionem est aduertendum; si de-  
mus factam illam esse per veras fortis: id factum fuisse ob tres singulares  
conditiones, quae occurserunt; & ad id faciendum Apostolos induxe-  
runt: specialis scilicet Spiritus Sancti inspiratio; quævt ita fieret suggestit:  
 & præmissa magna oratione & multorum consultatione, & nominatis duo-  
 bus viris adeo dignis, vt in utrumlibet sorte caderet: Apostolarus esset be-  
 ne collocatus. Quod tamen Apostolorum factum (ut Beda aduertit) non  
 debet in exemplum adduci, vt Ecclesiasticae Dignitates forte confe-  
 rantur. Quare idem Apostoli post aduentum spiritus Sancti, non serua-  
 runt hunc electionis modum, dum Iosephem Diaconos elegerunt: qua Elec-  
 tio est in actis Apostolorum. In qua docuerunt ordinariam viam, &  
 modum seruandum in Electionibus & præsentationibus quorumcumque  
 Ministrorum Euangelicorum: attendendo scilicet, vt in eis condi-  
 tiones illæ & qualitates inueniantur, quæ ibi exprimuntur: quas fuse ex-  
 plicimus Primo Tract. c.3. Quod si tales conditiones in Diaconis exige-  
 bant; quod existimandum est in Sacerdotibus eos fecisse? Et quid in  
 Episcopis: qui esse debent totius gregis suæ Ecclesiae Pastores? Eligendi  
 procul dubio sunt, qui tales habeant proprietates; & eas, quas in Aposto-  
 lus depositum cum de eis instruit suos Discipulos o Timotheum & Titum: ita ut  
 illi sint optimi, & Spiritu S. pleni; ac donis & gratijs quæ iuvant ad of-  
 ficium suum præclare, & cum excellentia præstandum. Ac propterea elec-  
 tio & ordinatio Sacerdotium, & Episcoporum olim fiebat coram to-  
 to populo, & cum eius approbatione: non quod populus eligeret Pasto-  
 res, sed quod testimonium redderet sanctitatis eligendorum: vt sciant om-  
 nes ( inquit Origenes ) & certi sint, quia qui præstantior est ex omni  
 populo, qui doctior, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior ille e-  
 ligitur ad Sacerdotium; & hoc testante populo, nequa postmodum re-  
 tractio cuiquam, neque scrupulus resideret. Id totum confirmat idem au-  
 thore exemplo Moysis, cum Deus illi significauit, imminere ipsi morte vi-  
 dens enim ille, quam esset necessarius bonus Successor in officium suum: non ausus est ipse suo iudicio aliquem eligere, neque nominationem  
 populo commisit qui solet passione aliqua duci, & subornari ac prensari; neque cogitauit de nominando cognato aliquo sue Tribus: sed totum  
 remisit ipsi met Deo cognitori in spirituum omnis carnis, & scienti omnium  
 hominum ingenia & talenta. Cui Dominus dixit: tolle Iosue filium Nun, virum in  
 quo spiritus, & pone manum tuam super eum: is enim verè dignus est: eò quod ta-  
 lem habeat spiritum. Nulla hic habita est ratio cognitionis, aut humana  
 amicitiae, non ambitionis, aut subornationis: Procul enim fuit Iosue ab e-

## k. Adiuuvm,

1.23.  
c. Eccl. Gade  
Sortileg.  
S. Thom. 2.2  
2. q. 9.5.48.  
Bellar. 10.1.  
lib. 1. de. ele-  
rcis c.5.

3  
c. non statim  
fr. non ex  
emplo 2.6.9.  
2. ex S. Hie-  
ronymo:  
Quia priu-  
legia singu-  
lorum non  
possunt legē  
facere com-  
munam.

l. Adiuuvm  
6.11.  
m.1. Timo.  
3.2 Titi. 1.6  
Bellar. 3.4.7  
Homil. 6 in  
Leviticu. 6  
refersur c.  
licet ergo.

1. q.  
Homil. 2 in  
Numeros  
c. si ergo 8.  
q.1.  
n. Numer.  
2.7.16.

munere ac dignitate querenda: sed solum habita ratio est, quod ille esset plenus spiritu Dei, per quem ille populum gubernauit.

## CAPUT V.

*QV A R AT I O N E S E Q V E N D A E T A C C E P T A*  
tanda sit Dei vocatio: cùm pramissa ad eam cognoscendam con-  
sultatione satis, innotescit.



X DICTIS IN PROXIMO CAPITE DEDUCENTIS

TRIA valde utilia documenta tam pro eligendis, quam

pro electuris, accepta præcipue ex ijs, quæ SS. Gregorius &

Bernardus ad hoc propositum dixerunt. Primum est, n

qui prælationem aut dignitatem (ait S. Gregorius) non ad

elationis pompam, sed, ad utilitatem adipisci desiderat

prius vires suas cum eo quod est subiturus onere, mea-

tur: ut si est impar, abstineat: & ad eandem cum metu etiam si suffici-

re existimat, accedere. Tuttissimum tamen est, dignitatem non accep-

ture, nisi consultis viris sapientibus, Sanctis, & qui ex tali promotione

nullum commodum expectent. Et tunc confidat in Deum: quod per

huiusmodi viros dignabitur ipsi aperire, quod magis expediet, iuxta ea

quæ diximus in Primo Tomo Tract. 1. cap. 6. In qua re valde cautele

debent, qui consuluntur: ne in re tanti momenti temerè se præcipient:

quemadmodum monet S. Bernardus respondens Brunoni electo Coloniensi Archiepiscopo, & quærenti ab ipso: an iudicaret, dignitatem illam acceptandam. Cui vir Sanctus agnoscens interrogationis difficulta-

tem, hunc in modum respondit: Quæris à me consilium, vir illustris Brano:

an volentibus te promouere ad Episcopatum acquiescere debes.

Quis hoc mortalium definire præsumat? Deus forsitan vocat: quis audeat

dissuadere? Forte non vocat: quis appropinquare consula? utrum vero

vocatio Dei sit cum non sit: quis scire possit excepto spiritu, qui scrutatur

etiam alta Dei: vel si cui forte reuelauerit ipse? Et postquam alias insinua-

uit difficulties, quæ in utramque partem occurtere possunt, excusat se

à dando consilio in re sibi non nota: utra scilicet pars ei magis expediet.

Remittit vero illum ad virum alium Sanctum, qui in eadem Colonia

Civitate manebat: quæ melius presentem prefens de talibus interrogati-

re poterat; & expeditius ab eo responsum accipere. Ex qua S. Bernardus

responsione appetit, quanta cautela merito sit adhibenda in proferenda

sententia circa huiusmodi dubia: siquidem vir ad eum illustratus è Deo;

qualis

Lib. 7 Epist.  
110.  
Referuntur  
1 q. 1.  
c Non est  
putanda.  
Epist. 8.